

prima origine, neque habet vires Metallicas, spiritus, colo-
lorem, & indurationem auri atq; argenti metallis tribu-
endi, quamuis illius naturalis proprietatis fiet: Eamdem
tamen nondum operatiue habet, nisi corroboretur ma-
tureturque in ipsa coctione additamento auri, & argen-
ti. Exempli gratia: Prima metallorum origo, tam in Na-
 tura, quam etiam in arte, similis est aquæ: & si crocum
cum aqua commisceas, tunc vnum cum altero commi-
scetur, & aqua croci colorem sortitur atque si modo di-
cta ista colorata aqua alteri alicui aquæ commisceatur,
 tunc & illi eundem colorem adtribuit, quem à croco
 antea acceperat. Sin itaque prima origo, vel argentum
viuum non tingatur auro & argento, fixumque reddatur
cum constante eorundem efficacia, tunc etiam nullum
colorem communicare, neque sese cum aqua, vel origi-
ne, imperfectorum metallorum commiscere poterit.
 Iuxta proprietatem enim suam est spiritus & fugax, & si
imperfectis metallis adponatur, tunc originem vel aquã
eorundem assumere nequit, quæ vna ex parte perma-
nens & constans est, ob suum sulphur, quod illam coagu-
lauit. Sin vero origo fixa facta fuerit cum additamento
 auri & argenti, tunc permanens æternaque aqua est: quæ
 si cum imperfectis metallis commisceatur, tunc eorum-
 dem originem & aquam assumit, atque sic inter se inui-
 cem commiscentur: tunc necessario comburibile & im-
purum, ignis beneficio, ab illis recedere cogitur. Et
 quanto minus origo, vel aqua ista, aut Philosophorum
 argentum viuum, constantem, permanentemque po-
 tentiam, sine additamento auri & argenti lucratur: tan-
 to minus etiam aurum & argentum soluitur, & ad pri-
 mam

*Thes. Chymic.
 Vol. 3. p. 730.
 Sic et de sanguine
 Thes. Chymic.
 Vol. 3. p. 144.*

427.

*ex quo constat quod per
 ni perfectum in solutio-
 nis sol. ut potè quæ so-
 lus in se sulphur fixum
 habet, in se ligatur.
 quæ ad modum et fugi
 p. 151. 42.*

428.

*Thes. Chymic. Vol. 3.
 p. 505.*